

Bibliothek  
Kau- und Stadt  
Hauptstadt  
AX 693

E l e g i a

in abitum carissimorum dilectissimorumque

commilitonum,

Adolphi Fr. Grabneri, Mitteldorfensis,  
Chr. Aug. Hübneri, Lenkersdorfensis,  
Chr. Fr. Aug. Grüllmeyeri, Chemnicensis,  
Joannis Caroli Löffleri, Chemnicensis,  
Caroli Neumanni, Macherensis,  
Imm. Gottl. Böttgeri, Burgstaediensis,  
Gottl. Fr. Fleischeri, Burgstaediensis,  
Friderici Aug. Ludwigii, Neokircensis,

e scholis Chemnicensibus

ad Universitatem literarum Lipsicam,

nomine utriusque ordinis superioris

scripta

J o a n n e A u g u s t o K e m p t e,

Burgstaediensi.

---

Chemnicii, Mense Aprili MDCCCXXIV.

---

Typis Kretschmariis.



AX  
693

---

„Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.“

Euripides.


---

„**A**ufugit acris hyems nunc, quae velamine texit  
tellurem niveo, strinxit et arva gelu,  
verque venit placidum; spirant Zephyri peramoeni,  
ut nobis, juvenes, gaudia blanda ferant.  
Interrumpuntur tamen, eheu, gaudia nostra,  
et pectus valde percutitur tenerum.  
Se eripiunt nostris ulnis nunc ecce Sodales,  
qui jam perrumpunt vincla sodalitiū,  
quorum nunc blandis junguntur pectora vinclis,  
(toto quod gaudet pectore quisque pius.)  
Chemnicium relinquunt, urbem, quae munera grata,  
auxilium nobis consiliumque tulit.“

Has ego cum moestas agitarem mente querelas,  
clarior est visus, quam fuit ante, locus.  
En mihi nunc subito sœllers apparet Apollo,  
qui citharam atque arcum dulce ferebat onus.

Obstupui, placidus verum ipse animum relevavit,  
atque mihi dedit hos ore loquace sonos:  
„Tales cur questus effundis pectore iniquo?  
Nam sic, crede mihi, ferrea fata ferunt;  
nobiscum nequeunt versari semper amici,  
nec disjunctorum tristitiam effugimus;  
Propositam cupiunt metam contingere vitae  
curriculo in grandi; Lipsia eos capiet,  
quo tua majestas nunquam violatur inulta,  
sacrosancta Themis, fraude doloque malo,  
nec via justitiae praeclusa est recta petenti,  
nec pars venalis convenit ulla foro; —  
quôque meae florent artes et sacra coluntur,  
omnis quae veri fons et origo boni;  
quo plaudunt juvenes, claris doctoribus usi,  
mentem doctrinis excoluisse sacris,  
queiscum conjungi cupidi exoptant quoque Vestri,  
ingenuis studiis atque vacare meis.“

Imposuit finem mellitis vocibus ille,  
in tenues auras fugit et ex oculis.  
Hinc animus Vester vestigia ducta sequatur!  
quo fortuna vocat vertite Vestra pedem!  
„Sint Vobis comites Musae, sint numina vaturn,  
et mens laeta suis gaudeat auspiciis!  
Lipsia, tu fave eis, tua limina qui ingrediuntur,  
nomina quae jamjam tot socialia habes!  
Ergo valet! Olim Vos felix dum hora reducat,  
vel nos reddemur lucidiore die.“




## Ordo I.

- 1) C. A. Schenk, Drebac.
- 2) C. G. Geiler, Chemnic.
- 3) F. G. Schmeifner, Ernestovall.
- 4) G. F. Vogel, Burgstaed.
- 5) C. F. Huth, Göppersdorf.
- 6) G. B. Claus, Rabenstein.
- 7) J. G. Riemann, Chemnic.
- 8) F. A. L. Ackermann, Chemnic.
- 9) J. A. Kempfe, Burgstaed.
- 10) G. Th. Naumann, Lunzenav.
- 11) J. F. Ulbricht, Ebersdorf.
- 12) F. W. Wagner, I. Ebersdorf.
- 13) C. W. Brandt, Chemnic.
- 14) G. F. T. Siegert, Erlbac.
- 15) C. G. Wieland, Auerbac.
- 16) J. H. Straufs, Plohnens.
- 17) C. F. Krause, Waldenburg.
- 18) F. J. Fischer, I. Augustusburg.
- 19) C. Tromler, Hundshübel.
- 20) J. D. Matthes, Chemnic.
- 21) Ch. C. Endig, Freiberg.
- 22) G. G. Richter, Müdisdorf.
- 23) C. F. L. Winkler, Ehrenfriedersd.
- 24) F. G. L. Kaiser, Chemnic.
- 25) W. Klar, Chemnic.
- 26) F. M. Teumer, Plaviens.
- 27) C. A. Haase, Altenhayn.
- 28) F. W. Schulz, Burkhardtsdorf.
- 29) L. R. Geier, Chemnic.
- 30) A. D. Knorr, Moosdorf.
- 31) R. J. Oehlhey, Chemnic.
- 32) C. G. Uhle, Chemnic.
- 33) C. A. Grabowsky, Plohnens.
- 34) J. L. F. Waldau, Chemnic.
- 35) C. F. Sonntag, Burgstaed.
- 36) A. Dietrich, Burgstaed.
- 37) C. G. Kunifs, Stollberg.
- 38) C. A. Fischer, II. Augustusburg.
- 39) C. H. Weisbach, Weisbac.

## Ordo II.

- 1) G. H. Schreckenbach, Lichtenav.
- 2) J. C. Herrmann, Niederzwönitz.
- 3) C. Th. Wagner, II. Hohenstein.
- 4) J. G. Metzner, Hartmannsdorf.
- 5) J. C. G. Kretschmar, I. Penig.
- 6) M. C. Billig, Alchemnitz.
- 7) J. C. G. Hoffmann, Zöttrich.
- 8) G. A. Kretschmar, II. Thalheim.
- 9) C. G. Böhme, Auerswald.
- 10) E. R. Punschel, Ehrenfriedersdorf.
- 11) H. B. Hütter, Rabenstein.
- 12) C. E. Sparfeld, Leifsnig.
- 13) E. Roscher, Krumhermersd.
- 14) H. H. Hünig, Jahnsdorf.
- 15) J. H. Reifsig, Chemnic.
- 16) H. Hartlaub, Stollbergens.
- 17) R. de Stern, Saalfeld.
- 18) A. Unger, Chemnic.
- 19) G. F. W. Baumann, Kargens.
- 20) A. F. Leunert, Flöhens.
- 21) G. F. Käubler, Dorfchemnic.
- 22) F. A. Gehlmann, Chemnic.
- 23) Th. Neumann, Macherens.
- 24) G. G. Müller, I. Claufsnitz.
- 25) C. A. Müller, II. Burgstaed.
- 26) R. O. Gilbert, Limbac.
- 27) J. C. Fr. Uhlmann, Krumhermersdorf.
- 28) Fr. W. Kirchner, Altranstädt.
- 29) H. G. Korn, Lunzenav.
- 30) J. D. Seifert, Heiersdorf.
- 31) C. L. Kollert, Grofsglogav.
- 32) J. G. Friedemann, Rochsburg.
- 33) O. Wiede, Chemnic.

Stadtbibliothek Chemnitz



A 145050 2

1  
69

SLUB

Wir führen Wissen.

STADT  
BIBLIOTHEK  
CHEMNITZ